



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Diatribai De Primis Veteris Frisiae Apostolis, Sive  
Dissertationes, quibus eoru[m] anni, actus, res,  
personae, loca, tempora in eorundem actis occurrentia,  
discutiuntur, illustrantur, erroresque ab ...**

**Bosschaerts, Willibrord**

**Mechliniae, 1650**

88. De Drogone, Grimoaldo legitimis Pipini Filijs.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10958**

Conformiter ad nostram sententiam mox stabilitam de anno Martyrij S. Lamberti, dicta S. Huberti consecratio peracta est anno 698. vel 699.

## DISSERTATIO LXXXVIII.

De Drogone, Grimoaldo legitimis  
Pipini Filijs.

**S**ecundum Sigebertum, Haræum, Miræum anno 699. Drogo Pipini filius vitam morte commutat fuerat Maior domus Franciæ & Dux Campaniæ. Pater enim eius, quantumuis meretricijs amplexibus irretitus, liberorum tamen ex Plectrude procreatorum curam minime abiecit. Drogonem natu senorem amplissimo Ducatu Campaniæ, ( vulgo de Kempen lego apud non nemine vocabuli similitudine deceptum ) & Maioratu in Francia ditauerat. Et hoc eodem anno Grimoaldus secundo genitus à patre Maior Domus in aula Childeberti Regis statuitur in locum Drononis, ei que Filia Radbodi Frisonum Regis despondet. Grimoaldo proditoriè interfecto, idem Pipinus Theobaldum ex Drogone Nepotem eodem Maioratu honorat. Sic Palatinas dignitates pro libito Pipinus distribuebat qui Rex non erat, Regia tamen dominabatur potestate.

Dices, Pipinus Maioratum Austrasiæ & Franciæ retinuit usque ad obitum; quomodo ergo Drogo, Grimoaldus, Theobaldus, hinc dicuntur Maiores Domus Franciæ constituti? Respondeo, admitto antecedens; sed quia Pipinus in Austrasia sese continebat ibique Magistratum per se administrabat remotus à vasta Francia, aliquem ex suis ordinauit in aula Regis qui Francicis negotijs intendere

ret

D I S S E R T A T I O L X X X V I I I 313  
ret cum titulo Maioris, sub sui, tanquam super intenden-  
tis directione, consilio & arbitrio, & tanquam Vicarium.  
Ita S. Hubertus ante conuersionem viuente Pipino legitur  
Maiorem egisse, scilicet, tanquam substitutum, auxilia-  
rium; quod indicant verba Hapaert citata apud Ioannem  
Roberti nota 28. in vitam S. Huberti: *Propositum, quare*  
*palatij domusq[ue] Regalis dicunt, Nepotis suo Huberto gubernandam*  
*tradidit Pipinus.*

Nota, Clarissimum Baronum de anno 699. obitus Dro-  
gonis ambigere, ex sola legatione Plectrudis ad maritum  
anno 714. morientem, quam narrat Marcellinus cap. 25.  
vitæ Swibertinæ, in qua Drogo adhuc viuens com-  
memoratur. Verum quām solida sit istius capitinis Historia,  
ac quām immerito eam propter à Sigeberti aliorumque  
sententia discedatur, ostendemus, cum ad annum 714.  
Pipini emortualem, peruererimus.

### D I S S E R T A T I O L X X X I X .

De S. Wulfranno Episcopo Senonensi,  
Frisiæ Apostolo.

**D**Vm S. Willibrordus totus est in Frisiorum eth-  
nicismo extirpando, in Ecclesijs fundandis  
& ornandis, in partem ex Gallijs ad eum ac-  
currit B. Wulfrannus Archiepiscopus Senonen-  
sis lucrandarum animarum Zelo accensus, imi-  
tatus Sanctos Liuinum, Rumoldum, Amandum, qui  
postpositis Episcopatibus suis ad gentium Catechesim se-  
se conuerterunt. forsan pudebat Gallos adeò vicinos Fri-  
siam tanto tempore in Idololatriæ sordibus reliquisse, nul-  
lum eorum ei operam suam in multis opportunitatibus:

R r impendisse